


Missa de Anima



Ecclesia Sancta Maria de Anima

Missa de Anima

Ordinarium
et Proprium Missae
per il *Titelfest* della Chiesa
di Santa Maria dell'Anima

musica di
Flavio Colusso

**Cappella Musicale
di Santa Maria dell'Anima**



INTROITUS

Salve, sancta parens, enixa puerpera Regem:
qui caelum, terramque regit
in saecula saeculorum.

Eructavit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea regi.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in saecula saeculorum. Amen

KYRIE

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.

GLORIA

Gloria in excelsis Deo
et in terra pax hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te, benedicimus te,
adoramus te, glorificamus te,
gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus, Rex caelestis,
Deus Pater omnipotens,
Domine Fili unigenite, Iesu Christe,
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere nobis;
qui tollis peccata mundi,
suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.
Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus,
tu solus Altissimus, Iesu Christe,
cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.

CANTICUM (PSALMUS)

R. Magnificat anima mea Dominum
et Salvatorem meum.



Magnificat anima mea Dominum.

Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae:

ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. R.

Quia fecit mihi magna qui potens est:
et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie
in progenies timentibus eum. R.

Fecit potentiam in brachio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede,
et exaltavit humiles. R.

Esurientes implevit bonis:
et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini ejus in saecula. R.

ALLELUJA

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum:
benedicta tu in mulieribus.

CREDO

XI. s.

4.
C Re-do in unum De-um, Patrem omni-pot-éntem, fa-
ctó-rem cae-li et terrae, vi-si-bí-li-um ómni-um, et in-
vi-si-bí-li-um. Et in unum Dómi-num Je-sum Christum,
Fi-li-um De-i u-ni-gé-ni-tum. Et ex Patre na-tum ante
ómní-a saécu-la. De-um de De-o, lumen de lúmine,
De-um ve-rum de De-o ve-ro. Gé-ni-tum, non factum, consub-
stanti-á-lem Patri: per quem ómní-a facta sunt. Qui pro-
pter nos hómi-nes, et propter nostram sa-lú-tem descéndit de
cae-lis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí-a
Virgi-ne: Et homo factus est. Cru-ci-fi-xus ét-i-am pro

no-bis : sub Pónti- o Pi-lá-to passus, et sepúl-tus est. Et
 re-surréxit térti- a di- e, se-cúndum Scriptú-ras. Et ascén-
 dit in caelum : se-det ad dexte-ram Patris. Et í-te-rum ven-
 tú-rus est cum gló-ri- a, ju-di-cá-re vivos et mórtu- os :
 cu-jus regni non e-rit fi- nis. Et in Spí-ri-tum Sanctum,
 Dómi-num, et vi-vi-fi-cántem : qui ex Patre Fi-li- óque pro-
 cé-dit. Qui cum Patre et Fí-li- o simul ad-o-rá-tur, et
 conglo-ri-fi-cá-tur : qui lo-cú-tus est per Prophé- tas. Et unam
 sanctam cathó-li- cam et a-postó-li- cam Ecclé- si- am. Con-
 fi- te- or unum baptisma in remissi- ó-nem pecca-tó- rum.

Et exspécto re-surrecti- ó-nem mortu- ó- rum. Et vi- tam
 ventú- ri saé- cu- li. A- men.

OFFERTORIUM

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum:
 benedicta tu in mulieribus,
 et benedictus fructus ventris tui.

SANCTUS

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt caeli et terra gloria tua.
 Hosanna in excelsis.
 Benedictus qui venit in nomine Domini.
 Hosanna in excelsis.

AGNUS DEI

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
 miserere nobis.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
 miserere nobis.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
 dona nobis pacem.


COMMUNIO

Beata viscera Mariae Virginis,
 quae portaverunt aeterni Patris Filium.
 Audi, filia, et vide

et inclina aurem tuam:
et obliviscere populum tuum,
et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum,
quoniam ipse est Dominus Deus tuus,
et adorabunt eum.

POSTCOMMUNIO

5.
S Ave, Regina, * máter mi-se-ricórdi-ae : Vít-a, dulcé-
do, et spes nóstra, sálve. Ad te clamámus, éxsu-les, fí-
li- i Hévae. Ad te suspi-rá-mus, geméntes et fléntes in hac
lacrimárum válle. E-ia ergo, Advocáta nóstra, íllos tú-os
mi-se-ricórdes ócu-los ad nos convérte. Et Jésum, benedí-
ctum frúctum véntris tú-i, nóbis post hoc exsí-li-um ostén-
de. O clémens: O pí- a : O dúlcis * Vírgo Ma-ri- a.





PONTIFICIO ISTITUTO TEUTONICO
DI SANTA MARIA DELL'ANIMA

cappella musicale di santa maria dell'anima